042 Bilinski Consorti Reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneali Praemysliensi Nobilis Andreas Bilinski Stolytowicz Sanus mente et corpore existens a Terris Dictis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum huius attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjicien palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Feminae Pohorecka Nobilis olim Georgij Pohorecki cum Nobili Tatianna Popielowna procreatae Filiae sui vo Recognitis Consorti legitimae Summam Quadringentorum florenorum polonicorum Ratione Verae Dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem Summam Quadringentorum florenorum polonicorum ratione veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum Nec non Auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum Equorum Equireae ac totius supellectilis domesticae nunc habitae etiam post habendum inscribit et Reformat atque dotat dotalitiat praesentibus Quam quidem medietatem bonorum suprascriptorum generaliter omnium ac rerum superius recensitarum cum universis eorum utilitatibus eadem suprascripta Nobilis Feminae Bilinska Consorti praefati Recognitis cum universis eorum praemissorum utilitatibus et usufructibus attinentibusque et pertinentibus generaliter universis tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice uti fruetur iure ac more aliarum Reformationum hac tenus et diutius in Regno nostro observari solitarum Hac praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Drohoiowski.